



3674

DISPUTATIO INAUGURALIS 1621, 11

De

FVNDANDA IVRIS-  
DICTIONE CAMERALI

M  
20  
/

& extrahendis Processib. in prouoca-  
tionis instantia,

QVAM,

TRINVNO BENIGNE FAVENTE NVMI-  
ne ex Decreto & autoritate Magnifici & Amplissimi  
ICtorum Collegij in celeberrima Acad.

IVLIA

SUB PRAESIDIO

Dn. IOANNIS STVCKII, IC. eiusd.  
Acad. Iuliae Prorektoris Magnifici, Facultatis ju-  
ridicae Ordinarij & p. t. Decani & Promotoris, nec non  
Potentiss. Brunf. Ducis Consiliarij, eiusdemq; summi Di-  
casterij Guelfici Adfessoris dignissimi & c. Prae-  
ptoris & Fautoris sui colendi,

6

*Pro summo in utroq; iure DOCTORATVS gradu, hono-  
ribus & privilegijs solenniter obtinendis,*

Ad diem 26. Maij,

In nouo Iuléo maiori, horis ante & pomeridianis, publi-  
cae censurae & ventilationi committit

ALBERTVS MODEMAN

Osnabruccens. Westph.

HELMAESTADI,

Typis haeredum IACOBI LUCI,


Anno clō 16 cXXI,

9.





3674



OMNIPOTENTI RERV M  
OMNIVM MODERATORI, DEO ter  
opt. max. VNI in essentia TRINO in personis,  
DOMINO ET DEO suo clementissimo,  
benignissimo,

PATRIÆ dulcissimæ,  
PARENTIBVS ET COGNA-  
TIS charissimis, MECOENATIBVS,  
FACTORIBVS & AMICIS  
fauentissimis,

*disputationem hanc inauguralem,*

*Eâ quâ par & potis est, deuotione  
& obseruantia,*


*Dicat & offert*

Albertus Modeman  
Osnabr.








*Ausas omnes ad Augustissimum Ca-*  
*meræ Imperialis iudicium, sacrosanctum & su-*  
*preum illud iustitiæ domicilium, singulareq̃*  
*& vnicum Imperij ciuium perfugium & ex-*  
*tremum asylum (cei rectè id appellat Magnificus & No-*  
*bilis. Ictus Dn. Ioh. à Langen, Episc. Verdens. Can-*  
*cellarius digniss. &c. In præf. disp. suis ad Ordinat.*  
*Cam. præfixâ) quodq̃ ipsam Imperatoriam Maiestatem,*  
*Proceres, Omnesq̃ Imperij ordines in causis sibi demnanda*  
*tis iurisdictione Ordinariâ representat, part. I. Ordin.*  
*Cam. tit. 8. Memor. ann. 1570. §. I. Dn. Denais. in*  
*disp. de iure meri imp. Cam. comp. argum. 6. vel per*  
*viam simplicis querelæ, in primâ statim instantia im-*  
*mediatè vel prouocatione mediante deuolui satis con-*  
*stat, & tradit Gail. I. obs. 119. in princ. Prius id in*  
*certis duntaxat casibus posterius autem regulariter con-*  
*tingere, notat idem I. obs. I. in princ. & fac. text. p. 2.*  
*ordin. tit. I. & tit. 28. in princ. De posteriori, quomodo*  
*scil. per prouocationem causæ & lites ad illustriss. Ca-*  
*merale tribunal deuoluantur, ceu quomodo eiusdem juris-*  
*dictio in secunda instantia fundetur & processus extra-*  
*hantur, breuiter nonnulla publicæ disquisitioni subij-*  
*cere operæ precium visum*  
*fuit.*



## CONCLUSIO I.



**P**rouocationis verbum tam late apud Practicos accipi, vt non tantum Appellationem, sed & omnem modum, per quem auxilium superioris iudicis contra quodlibet grauamen inferioris imploratur, comprehendat, ex Maran. & Hartm.

Hartm. notat Roding. *1. pandect. Cameral. 19. in commentar.* licet ibid. testetur, nonnullos extrajudicialem appellationem tantum prouocationem nominare. Equidem in iure nostro appellationis & prouocationis auxilium pro eodem accipi, aliquot textib. probant Donell. *ult. comment. 4.* Treutl. *2. disput. ult. de appel. th. 1. lit. h.* Imò ad exprimendam appellationis naturam prouocandi magis atq; ipsum appellandi verbum comparatum putat Bachov. *ibid. in not.*

2. Prouocatur igitur ad Cameram, quodocunq; ob grauamen aut læsionem, per decretum factumue Magistratus, vel Iudicis inferioris sententiam illatam, causa eò defertur, vt decretum vel sententia ibidem impugnetur. Vndè tot hîc emergunt querelæ, quod grauamina vel nullitatis proponuntur capita; cum in causis primæ instantiæ simplex tantum querela proponatur. Roding. *d. tit. 19.* Non difficulter hinc vtilitas huius materiæ prouocationis colligi potest, cuius vsum valde frequentem & necessarium vocat Vlp. *in l. 1. in princ. D. de appellat. & quam præsidium innocentia, & theriacam contra venenum Iudicis indigitat post. Bal. Cæs. Contard. ad l. vn. in fine ult. rat. decid. C. si de moment. possess. appel.*

3. Distingui cum Roding. *d. 1. pand. Camer. 21.* prouocatio isthæc non incommodè in solemnem & simplicem potest.



potest. *Illā* est, quā certis quibusdam solemnitatibus adhibitis per appellationem in specie sic dictam; *hac*, vbi solennibus appellationis omissis causa ad Cameram defertur, vel per nullitatis principaliter deductæ querelam, vel in integrum restitutionis, vel reductionis ad arbitrium boni viri petitionem. Accuratè quoq; hos impugnandi sententiā modos distinxit Vult. 2. I. Rom. penult. Quod impugnatio sententiæ fiat non modo quæ in rem iudicatam non transijt, sed & eius quæ transijt; Et vtraq; quidem vel ex meritis ipsius causæ, vt propter iniquitatem, vel ex processu, vt propter nullitatem sententiæ: Inde duplicia causæ grauamina, ex quibus sententia vel nulla vel iniqua dicitur. Ex meritis causæ impugnatur sententia, quæ in rem iudicatam non transijt, vel Iudicis, per appellationem vel supplicationem, vel arbitri, reductione ad arbitrium boni viri; quæ verò in rem iudicatam transijt à quocunq; lata sententia, ratione meritorum, restitutione in integrum, ratione nullitatis eiusdem deductione principaliter intentatā rectè impugnatur. Prolixam harum specierum explicationem hîc non subiungo; peti poterit illa ex peculiaribus de his conscriptis Dd. tractatibus.

4. De solenni modo autem, in prouocationis instantiā jurisdictionis Cameralis fundandæ, *appellatione* scilicet potissimum hoc loco agendum duxi; ita tamen, vt illa, quæ in reliquis speciebus huic scopo principaliter interuire videbuntur, pro re nata quoq; attingantur. In appellationibus itaq; hîc præcipuè mihi consideranda videntur, *tum* earum interpositio, *tum* ipsa introductio. In illâ rursus inspicienda se offerunt (1) personæ, quibus (2) Iudices, à quibus (3) causæ, in quibus ad Cameram prouocare liceat, (4) modus item, & (5) tempus prouocationi



interponendæ præstitutum, denique (6) interpositæ ap-  
pellat. effectus. Introductio similiter tum modi, tum  
temporis, tum effectus in ipsis decernendis processibus  
inspectionem merebitur. De singulis *ord. de* breuiter;  
Exacta enim omnium huc pertinentium tractatio dispu-  
tationis cancellis angustis includi haud posset; imò vo-  
lumen non exiguæ molis deposceret.

5. *Personas* itaq; quod attinet, quibus ad summum  
hoc Imperij Dicasterium prouocandi facultas competit,  
competit illa omnibus quotquot à sententia vel decre-  
to Magistratus aut iudicis inferioris se grauatos existi-  
mant; Idq; in tantum procedit, vt nullo magistratui per-  
missum sit, subditos suos quauis ratione, carcere, minis,  
vel iurejurando ab appellatione absterrere; ita quidem,  
vt si de facto id contingat, quod gestum, irritum sit, pro-  
sequendi facultate interim saluâ manente, *ord. p. 2. r. 28.*  
*J. vnd diu. Denais. in iur. Cam. verb. renunciatio appellat.*  
*§. 1.*

6. Neque etiam statuta vel consuetudines inferio-  
rum tribunalium appellationem ad superius iudicium  
inhibentia de jure subsistere putamus cum *Myns. r. obs. 14.*  
*Gail. 1. obs. 135. n. 12.* & alijs relatis à *Treutl. d. disp. ult. thes. 1.*  
*sub lit. a. ubi & Dissent. referuntur.* Nisi tamen à superiore  
legitimam confirmationem accepissent, vt ex *Cauale. no-*  
*tabiliter limitat Dn. Græu. 1. pract. concl. 124. n. 3.* Et licet in  
nonnullis Germaniæ locis talia statuta extent: in Came-  
ra tamen non attenduntur, *Gail. & Myns. dd. loc.* Le-  
ge autem Imperij jus appellandi tolli posse, & huiusmo-  
di prohibitionem nec Diuinum nec naturale jus offendi,  
modo tamen non omnis facultas conquerendi apud su-  
periores de manifestis Magistratum inferiorum iniu-  
rijs grauatis præripiatur, rectè statuit *Bachov. in not. ad*  
*Treutl. d. lo.*

7. Quem-



7. Quemadmodum & limitare possunt statuta appellationem, vt scil. non nisi certis quibusdam solennibus præstitis admittatur, nempe vt appellans vel pecuniam aliquam deponat, vel non calumniosè appellationem interposuisse se, juret, vel simile quippiam præstet: Qualia statuta tamen juri superioris nihil derogare possunt, Treutl. & Bachov. *dd. loc.* Neq; solennium horum ommissio appellationem alioquin ritè rectèq; interpositam vitiat, nec desertionem causat, sed in Camerâ instaurari potest, si præsertim appellans de præstatione eorum non sit interpellatus, Gail. *1. obs. 124. ibiq;* Græu. id aliquot casibus limitat.

8. Quia porrhò in prouocationum causis, quibus de rebus Ordinatio Cam. nihil speciale fanciuit, jus commune obseruari debet, *p. 2. ord. tit. 31. §. vlt.* ex eodem hoc loco repetendum, appellandi facultatem competere, vt dictum, ijs, qui ipsi grauati sunt vel condemnati, *l. 1. & l. 30. C. de appel. c. omnis oppressus. c. ideò. 2. q. 6. c. vt debitus. de appellat.* Ita quidem, vt si plures sint eiusdem litis consortes, ab vno interposita appellatio profit quoque reliquis eadem sententia grauatis, *l. 1. & 2. C. si vnus ex plurib. l. 10. §. vlt. D. de appell.* Gail. *1. obs. 126. n. vlt.* adeò, vt etsi vnus ex litis consortibus appellauerit, neque tamen appellationem prosecutus fuerit, non habeat contra eum executio locum, quamdiu cum altero consortium appellationem prosequente causa indecisa pendet, Græu. *ad d. obseru. 126. consid. 1.*

9. Nec tantum prouocare licitum est grauatis nomine proprio, sed & alieno, vt tutoribus, curatoribus, procuratoribus, negotiorum gestoribus. vid. Treutl. *d. disput. vlt. th. 2. lit. e.*

10. Sic & cessante condemnato, rectè appellat tertius  
cuius



cuius interest, licet is in lite nunquam fuerit, per l. 4. l. 5. l. 14. D. de appell. l. 20. C. de euiet. c. super eo. de offic. & pot. deleg. de quo vid. Gail. 1. obser. 122. Couarr. pract. q. 15. P. Gregor. tract. de appellat. lib. 5. c. 1. Brederod. eod. tr. p. 1 tit. 13. verb. tertius. Vbi tamen requiritur, vt hoc interesse non sit separatum à jure principalis, & de eo prius vel summarie saltem doceatur, Gregor. Tholos. d. c. 1. n. 20. & 21. & nuncupatim grauaminum causæ exprimantur Gail. d. obs. 122. n. 5. Matthesil. sing. 123. vnà cum ipsa scil. appellationis interpositione; quod ita quidem vsu obseruatur. An verò juri scripto congruum sit, valde dubito, cum textus ad id communiter adduci solitos ad eius probationem parum idoneos esse demonstrat Bachov. d. disput. de appell. l. 2. lit. f.

11. Et hæc appellandi facultas ratione interesse tertio quandoq; competit, vbi ipsi principali non competit; vt si hic bis prouocauerit, tunc enim non amplius appellans auditur l. vn. C. ne lic in ead. caus. sep. app. (quod tamen secus seruatur in Camerâ, quæ trium sententiarum exceptionem non attendit, ne hac ratione Statibus Imperij plures constituendo instantias, eludendi iurisdictionem Cameral. occasio præbeatur Myns. 1. obseru. 15.) auditur autem tertius, Bart. in l. 5. D. de appellat. modò is causam tractari antea ignorauerit, Couarr. d. c. 15. n. 8.

12. Exempla appellantium pro suo interesse ponenda, non in marito pro vxore in bonis receptitijs, vel mandato vxoris, vel sub cautione rati, nec in dotalibus neque paraphernalibus appellante; in illis enim tanquam procurator vel negotium gestor; in his, tanquam dominus, (dotalibus scil.) vel tanquam legitimus administrator (paraphernalibus) ex ratione juris noui in l. 8. & ult. C. de pact. conuenr. agit, conuenitur, & appellat. Et posteriob. hisce



hisce ipsi mulieri agendi facultas non competit, sed soli marito; in quibus tamen omnibus marito succumbente vxor ratione interesse rectè appellat, conf. Bachov. *d. disp. rh. 2. lit. f.* quod & indistinctè, præsuppositâ multis Germaniæ in locis vsitatissima illa bonorû inter coniuges communione, verum esse nihil hæsitandum.

13. Sic & interesse intuitu pater pro filio *l. 2. §. 2. D. quand. app.* & filius pro patre in illis aduentitijs bonis, quorum habet proprietatem hodiè filius, & de quibus ipsius consensu pater agit, non etiam in alijs aduentitijs vel profectitijs appellat, Bachov. *d. loc.* Dominus itidem pro subditis, cuius saltem per consequentiam, non tamen nimis remotam, interest Gail. *d. 1. obs. 122.* vbi idem in Episcopo & Abbat. receptum docet, vt proprio nomine ratione interesse pro Clerico & Monacho suo agant & appellent.

14. Extra hunc interesse respectum autem, ei qui iudicio priori expertus non est, appellare non licet, *l. 2. §. 1. D. quan. appell.* qui tamen si appellet, Dominus cuius nomine appellatum, appellationem ratam habere potest; quod cum fit, extraneus appellans pro negotiorum gestore reputabitur *l. 1. in princ. D. de appell. recip.* Donell. *ult. commen. 6.* Vxor autem an extra interesse casus pro marito ad hunc effectum, vt is appellationem interpositam ratam habere possit, rectè appellet, dubitat Bachov. *praall. 10.* Mihi juris ratione inspectâ negatiua verior videtur, *vid. l. 4. C. de procurator.*

15. Mater tamen ex pietatis officio pro filio, *l. 1. §. 1. D. de appellat.* Vxor libertatis fauore pro marito, *l. 3. §. 2. D. de liber. caus.* Filia pro parentibus causâ cognitâ, si morbus aut ætas parentes impediatur, nec qui pro ipsis appellat inueniatur, *l. 41. D. de procurat.* Filius deniq; nomine parentis etiam sine mandato *l. 23. §. 2. D. de appell. arg. l. 12. C. de procurat.*

B

rat.



*rat. l. 1. §. 1. D. d. t. auth. multò magis. C. de Episcop. & Cleric. ad  
prouocandum admittuntur.*

16. *Quomodo & singularis humanitatis & miserationis intuitu, vt homo à morte liberetur, receptum, vt omnibus extraneis etiam Clericis pro vltimo supplicio damnato, ipso etiam repugnante, appellandi licentia competat, l. 6. D. l. 29. C. de appell. l. 6. in fi. C. de Episc. Audient. id quod hodiè mutatum, de quo commodius infra. Nec requiritur, vt damnatus postea appellationem ratam habeat, vt rectè contra Hostien. tenet P. Greg. 2. de appell. 7. n. 10. nec etiam sola appellationis interpositio, vt putat Besol. eo. tr. c. 7. n. 11. sed & prosecutio cuius extraneo hoc casu permiffa est, Tholos. d. lo. n. 12. vbi n. seq. hoc benè extendit ad condemnatum ad abscissionè membri; Prout & Vasq. relatus ab Hillig. in not. ad Donell. vlt. comment. 6. ad lit. G. idem extendendum putat ad condemnatum in causa ciuili, cuius tanta sit egestas, vt appellare nequeat; vt quod vitæ fauor efficit ratione cuiusuis, idem fauor paupertatis operetur respectu inopis; quod tamen paupere inuito & reluctante vel contradicente vt locum habeat, juris rationi repugnare non dubito.*

17. *Non tamen competit appellandi beneficium ijs, qui mediante pacto ante sententiæ publicationem eidem expressè renunciârunt; pactum enim tale lege probatum est, l. vlt. §. vlt. C. de tempor. appell. Gail. 1. obs. 135. n. 10. Myns. 1. obs. 14. Vnde rectè deducit Bachov. d. disp. th. 3. lit. A. appellationem uon esse propriam defensionis speciem, & præsumi potius pro iudice, quod iustè iudicaturus sit; cum alioquin rationis non esset, quod tale pactum valeret, per quod iudex ad delinquendum & partibus injuriam inferendam inuitaretur.*

18. *Si quis etiam ante sententiam profiteatur, se à iudice*

dice



dice non prouocaturum, beneficium prouocandi perdit, *l. 1. §. 3. D. à quib. appell.* vbi glos. id accipit de professione quæ fit in iudicio, & secus in extraiudiciali statuit. Verùm si quis dicat, se velle stare sententiæ iudicis, an eo ipso appellationi renunciasse censendus? Ita putârim, & in *c. ad hæc 20. de appell.* vbi contrarium deciditur, specialem decidendi rationem subesse, cum Bachov. *d. th. 3. lit. B.* dixerim. Dissent. post Marant. Treutl. *ibid.* Contra quos cum eod. Bachov. validè reductionis ad arbitrium boni viri petitioni, renunciari statuo: vt tamen pacto tali de non prouocando enormi iniquitati neutiquam renunciatum censeatur; quo minus si non appellari, saltem restitutio contra sententiam peti possit.

19. Damnati insuper ob contumaciam appellandi iure destituuntur, *l. 23. §. vlt. D. de appell. l. 73. §. vlt. D. de iudic. l. 1. C. quor. appell. non recip. l. 13. §. 3. & 4. C. de iudic.* Quod verum non in contumace in parendo præcepto iudicis in actu aliquo iudiciali *l. vlt. §. 1. D. de appell.* sed in contumace in comparendo ad legitimè, post contestatam litem, citationem factam, veluti si expressè dicat, se nolle comparere, Gail. *1. obs. 132. n. 8.* vel vbi constat, ad notitiam citati non comparentis citationem peruenisse, & is tamen cum possit, non compareat, Treutl. *d. th. 3. lit. e.* Imò etiam simpliciter vbi reus non comparens legitimè citatus fuit, *d. l. 13. §. 3. & 4. C. de iudic.* Et huic contumaci, ne quidem supplicationis ius superesse docet Menoch, *1. arbitr. quest. 70. n. 18.* Si tamen aliquid in solennibus citationis à Iudice omissum, appellatio locū habet; vt & tunc, quando absens justam aliquam ignorantia vel absentia causam allegare potest; eoque pertinet *l. 3. C. quom. & quan. Iud.*

20. Procuratoris quoq; contumacia Domino pro-



uocandi facultatem adimit', & quicquid is ex ea damni  
sentit, actione mandati à Procuratore consequi potest,  
*l. 10. C. de procurat.* Quod si Procuratoris inopia Domini  
actionem inanem reddat, restituendum eum in integrum,  
communis Dd. est opin. Gail. *1. obs. 89. n. 3. & obs. 45. n. 1. &*  
*4. & ob. 139. n. 9.* Dissent. refert Treutl. *d. disput. ult. th. 3. lit. E.*  
quorumne sententia de jure verior sit, videbimus.

21. De confesso autem quid iuris? Et si sponte extra  
torturam quis sit confessus crimen, (metu enim tormen-  
torum confessio facta, confessio non præjudicat, Myns. *5.*  
*obser. 23.* Gail. *2. de P. P. 15. n. 8. & seqq.*) hunc non minus  
quam apud Prætorem vel Iudicem in causâ civili confes-  
sum regulariter appellationis destitutum præsidio dico,  
*arg. c. 3. §. 5. sin autem de appellat. in 6. c. cum speciali 61. §. porro.*  
*eod. tit apud Gregor.* Modò probabilis error non prærenda-  
tur, vide pulchrè id explicantem Bachov. *d. disp. ult. th. 3. lit.*  
*F.* Sic etiam, vbi non certa pœna delicto lege præscripta,  
sed arbitrio iudicis commissa, à pœnæ excessu confessum  
appellare posse tradit Rauchb. *p. 2. q. 8. n. 32. & seqq.* Dissent.  
quantum ad confessum in criminali causâ Treutl. *d. lit. F.*  
Marant. & Bart. locis à Bachov. *ibid.* allegatis.

22. De confessis autem & conuictis simul dubium  
nullum est, quod appellare nequeant, quod de homici-  
dis, veneficis, maleficis, adulteris, violentiæ manifestæ  
reis traditur in *l. 2. C. quor. appellat. non recip.* Quinimò le-  
gitimè conuictis tantum insignibus latronibus seditio-  
num concitatoribus factionum ducibus prouocandi fa-  
cultas adempta, per *l. 16. D. de appell. l. 6. §. 9. D. de iniust. rupt.*  
*& irrit. fac. test.* quibus accensendi monetæ adulterato-  
res, *l. 1. in princ. l. 2. in fin. C. de fals. monet. hæreseos, c. ut in-*  
*quisitionis 18. de heret. in 6.* conf. Rauchb. *d. q. 8.* Donell. *ult.*  
*somment. 6. ut & crimine læsæ Maiestatis condemnati, per*  
nota,



notata Bachov. *d. th. 3. lit. K. Diff. Treutl. d. th. 2. lit. A. & ibi  
relati*: Plures casus in quibus quis appellare non potest  
expetens videat Marant. & alios.

23. Peruenio ad *Iudices à quib. ad augustiss. Camera-  
letribunal* prouocari potest: Hi sunt non tantum qui-  
uis Ordinarij, vt, Principes, Prælati, Ciuitates, & nobiles  
imperij, eorumq; generales Officiales, sed & ordinatione  
delegati, siue iudices Austregarum, priuilegijs tamen sal-  
uis, *d. p. 2. ord. tit. 28. in princ. Denais. verb. appellat. inter-  
poff. §. 1. & 2.* De alijs autem Imperatoris Commissarijs  
non iuxta ordinationem, sed ad partium instantiam da-  
tis vel delegatis, rectius ipsam Imperatoriam Maiestatem  
quam Camera appellari notat Gail. *1. obs. 121.* addens  
tamen, causam aliquando hoc casu in Camerâ receptam  
fuisse, parumq; interesse, an ipse Imperator an verò Ca-  
mera appelletur; Cum plerumq; causa à suâ Maiestat. ad  
Cameram transmitti soleat. Et hæc procedunt in illis  
tantum causis, in quibus Cameræ iurisdictio fundata est  
*Myns. 4. obs. 43.*

24. Sic & à generali feudorum Iudice & paribus Cu-  
riæ rectè ad Cameram appellatur, *Myns. 5. obs. 90. Gail. 1. obs.  
1. n. 58.* Nec non ab Ecclesiasticis Principibus qui propter  
regalia vel feudalia bona, quæ ab imperio recognoscunt,  
immediatè imperio subiecti sunt, eorum intuitu ad Ca-  
meram non ad Pontificem Roman. appellari testatur  
*Gail. 1. obs. 30. n. 2. conf. Frid. Mind. 1. de process. c. 11.*

25. A S. Romani Imperij Electoribus septemviris,  
quamuis ex constit. aureæ Bullæ Caroli IV. tit. II. von der  
*Churfürst. Freyheiten.* appellatio prorsus interdicta sit, de-  
negatæ iustitiæ querelâ tamen admittâ; attamen Saxo-  
ne & Brandenburgico exceptis, à reliquis ex contraria  
consuetudine appellari refert Treutler, *d. disputat. ult. th.*



4. lit. E. atq; Regem Bohemiæ d. aureæ B. priuilegium factum tectū quoq; conseruare testatur VVehner. 1. 6. Symph. c. 1. p. m. 14. & seqq. Et Electores ad Rhenum beneficium illud non admittendæ prouocationis, dum ex humanitate ad præscindendam cuius de illatâ sibi injuria conquerendi ansam, appellationes ad Cameram admiserunt, perdidisse ait Bachov. ad Treutl. d. lo. vbi rectè quoque notat, Electores in hoc pinguis jus quam Præfectis Prætorio competierit, habere, quod neque ab illis supplicationi ad Imperatorem vel Cameram locus sit, secus atq; in his olim obtinuit, l. vn. C. de sent. præfect. Prator. Et tale priuilegium non modo Elector, sed & reliqui Saxoniarum Principes habent, vt ab illis nullo modo, nec supplicationis, reuisionis, nullitatisue remedio ad Imper. vel Cam. causa deuolui possit, vid. Heig. 1. quest. 4. Quomodo etiam de Archiducibus Austriae Ducibus Lotharingiæ & Burgundiæ, quod specialibus de prorsus non appellando priuilegijs gaudeant, testis est Myns. 1. obs. 58.

26. Quantum ad causas, in quibus ad Cameram rectè appellatur, sciendum, licet de jure ciuili & Canon. in omnibus causis, etiam minoribus l. & in maioribus C. de appellat. Nou. 23. c. 1. c. 11. de appellat. imò & minimis (vt cum Bachov. d. disp. th. 5. lit. A. contra Maran. verius puto) appellari possit; ne tamen maximi Iudices ceu antiquitus, ita etiam hodiè (quemadmodum Imper. loquitur in d. Nou. 23. c. 3. §. illud etiam, canonisato & verbotenus descripto in c. anteriorum 2. q. 6.) inquietentur, & homines propter minimas causas magnis fatigentur dispendijs, vt forsitan totius litis æstimatio ad sumptus judiciales non sufficeret, idè optimè sancitum, vt in Camerâ causa infra certam summam (quæ olim aureorum imperialium 50. ord. d. t. 28. p. 2. §. vnd sonderlich sehen/ re. aucta deinde in R. I. Spiren.



*Spiren. de anno 1570. §. Als wir dann auch re. ad 150. nouissi-  
mè autem in R. Deputat. Spiren. anni 1600. §. Wiewol nun  
auch zu dem re. ad 300. florenos, & ita ob nimium increbre-  
scentes friuolas appellationes prior illa duplicata fuit, )  
pro appellabili non habeatur, neq; in supremum hoc Im-  
perij Consistorium per appellationis uiam inferatur,  
Mynf. 6. obs. 15. Gail. 1. obs. 123. ibiq; Græv. in princ.*

27. Injuriarum tamen causæ quibus ad recanta-  
tionem agitur, non minus atq; illæ, quæ non infra legiti-  
mam summam in libello æstimantur, in Cam. recipiun-  
tur, *ord. d. loc. Mynf. 2. obs. 98. Gail. d. obs. 123. n. 6.* Idem quoq;  
si actor summam nullam expresserit, sed iudicis arbitrio  
reliquerit infligendam procedere *ex Consf. Cam. anno 1603.*  
*notat Denais. verb. appellat. summa §. ult.* Sicut & dicta  
æstimatio vel summa non attenditur in causis jurisdic-  
tionum, seruitutum & iurium litigiosorum, nec non pen-  
sionum & reddituum perpetuorum, & rerum incertæ æsti-  
mationis, *Ord. ibid.* In quibus tamen *d. Recess. Spir. de an.*  
*70. §. Als wir dann re vers. Was aber vnablößliche re. consti-*  
*tutum, vt in pensionibus annuis reuotioni non subiectis*  
*sex ad minimū floreni libello compræhensi sint; Reditus*  
*autem jurisdictioni adherentes ipsauè proprietatis vel*  
*quasi ex causâ commissi petita, suprâ dictam ibid. præsti-*  
*tutam summam 150. floren. attingant; idq; confirmatum*  
*in d. Recess. Deputat. anni. 1600. §. Wiewol nun/ ita tamen, vt*  
*& his juxta auctum & duplicatam ibid. 150. floren. sum-*  
*mam habitâ proportionis ratione augmetum adijcia-*  
*tur.*

28. Ita quoque non attento an summa sit appellabi-  
lis nec ne, reum qui simplici querelâ vel alio pacto in  
primâ instantiâ in Camerâ conueniri potest, etiam ratio-  
ne nullitatis ibidem conueniri posse, notabiliter propo-  
nit



nit & præjudicio firmat *autor comment. Cameral. public. d. Julian. Magenhorst. ad d. t. ord. 28. p. m. 274. vers. quarto fallit.* Cum aliàs prædicta summa appellabilis etiam in casu nullitatis seorsim & principaliter intentandæ, nec non restitutionis in integrum aduersus rem iudicatam postulandæ, seruanda veniat, *d. R. I. Spir. an. 70. §. Ebener massen re.* Sed an extra hanc constitutionem, remota appellatione etiam supplicatio in Camerâ remota censebitur? Nego cum *Myns. 6. obs. 16. Schrader. de feud. p. 10. sect. 4. n. 149. Diss. Bender. de reuis. concl. 27.*

29. Summa hæc appellabilis vt cognosci possit, attendendum, non quantum, debeatur vel adjudicatum, sed quantum in libello petitum fuerit, idq; per text. *d. R. Deput. Spir. anno 600. §. Wiewol nun auch re. ibi. da die die Klag vnter dreyhundert Reichsgulden Hauptgelt wehre/* quod aliter obtinet de jure anteriori scripto per *l. in offerendis 23. C. de appell. Græv. 1. prætt. concl. 123. consid. 1. Diss. Gail. d. obs. 123. n. 3. & seq. Myns. 5. obs. 83. per l. cum quadã 19. ad fin. D. de iurisd. Quomodo & ex nouiss. cons. Cam. ann. 1603. in ineunda ratione summæ appellabilis, non quid actor in primâ instantia petierit, sed in quo se appellans læsum grauatumq; dicat, perpendendum monet *Denais. verb. appellat. summa. §. 8.**

30. Sed an ad hanc summam conficiendam plures summæ petitæ conjungi possunt? Disting. Aut condemnatio facta est in separatis, aut in vnâ sententiâ; *Illo casu conjunctio diuersarum summarum cessat, hoc, locum habet, Græv. d. concl. n. 4. & 5. Idq; obtinet, quantumvis à pluribus creditoribus plures summæ petitæ sint, Myns. d. obs. 83. ad quam diuersarum summarum cumulationem tamen, vt ex vnâ eademq; obligationis causâ descendant, non inconuenienter requirere videtur Bachov. d. disp. ult. th. 5.*



*sh. s. lit. A. per l. si idem rr. D. de Iurisd.* Sorti autem hic pensionem accumulari non posse d. R. Dep. decisum, vt ex modò allegatis eius verbis apparet. Contrarium de iure anteriori verius visum fuit Gail. Mynf. & Brederod. à Græv. d. lo. adductis, vbi etiam n. 7. Hufan. refert opinionem, quod ob modicum summæ defectum appellatio in Cam. non reijciatur: quod mihi vix persuaderi patior.

31. Quòd si inter partes controuertatur, summa an sit appellabilis, nec ne, neq; de eo Iudici inferiori, Camerae certi quid constet, appellans, æquiore se animo tantæ pecuniæ summâ cariturum, quam à lite destitutum, juratò adseuerare cogitur; id si facere recuset, neq; Iudex inferior appellatiōi deferre, neq; Camera eam recipere tenetur, *d. r. 28. p. 2. ord. §. vñnd sñnderlich sehen. vers. So dann der Richter ic.* Et hoc Iusiurandum in heredes prouocantis transitorium est, Mynf. 4. obs. 40.

32. Illud autem in d. R. *anni 600. §. es sol aber den Vnterschanen ic.* saluberrimè constitutum & cautum est, vt si ob defectum summæ prouocationis, litisue æstimationis appellatiōi ad Cameraam locus non sit, subditis tamen grauamina sua per supplicationis viam intra legitimū tempus ad ordinarium Magistratum deferre integrum sit, quæ ipse admittere, & in modum reuisionis, ex iisdem actis ( nisi partes noui quippiam deducere necesse habeant, in quo vtrinq; binis scriptis audiendi.) litem determinare tenetur, vid. Roding. 1. pand. Camer. 20. n. 18. & 19.

33. Exceptio quoq; non appellabilis summæ, in puncto deuolutionis omis̄sa, etiam post litem contestatam opponi solet, Gail. d. obs. 123. n. 2. Mynf. 3. obs. 98. Brederod. de appellat. part. 1. tit. 19. col. 245. vers. quid autem si appellans. Cujus ratio non est obscura: Nullitas siquidem ex defectu iurisdictionis causata perpetuò opponi potest etiam

C

post



post tres conformes sententias, & reddit sententiam ipso  
jure nullam *l. 1. §. hac autem ff. quod quisq; iuris. l. 1. C. de pedan.  
iudic. c. at si clerici. ext. de Iudic.*

34. Porro quemadmodum pronocationis summam  
Imperialibus constitutionibus determinatam, ad fun-  
dandam Camerae iurisdictionem accuratè attendendam  
monui; ita non minus etiam ad prædictum scopum at-  
tingendum requiritur, vt summa litis priuilegio de non  
appellando, ab inferiore Iudice vel Magistratu impetra-  
to, respondeat: alioquin enim prouocationes in Came-  
râ non recipiuntur neq; processus aduersus priuilegia il-  
la decernuntur, imò per sub: vel obreptionem decreti  
quantò citius abolentur. *d. t. ord. 28. §. vnd sonderlich. d. Re-  
cess. deputat. Spir. Ann. 1600. §. Es soll aber den Unterhanen-  
in sin. & §. Wir wollen auch hiemit. Gail. d. obseru. 123. Denais.  
verb. summa appellabilis §. ult. & verb. appellationis priuilegia  
§. 2. & 4.*

35. Et hæc priuilegia vt eò melius facta tecta inuola-  
taq; obseruari possint, neq; contra illa processus decer-  
nendo nullitates committantur, constitutum est in Re-  
cess. Imp. Spir. de an. 70. §. Wir sehen/ordnen / vnd wollen  
auch/das alle Stände. vt omnes Imperij principes ac sta-  
tus priuilegium de non appellando habentes, Imperiali  
Camerae illud in originali insinuarent, idque ibidem in  
certo libro describeretur, nec non index inde conficere-  
tur, inq; curia Camerali affigeretur. Quam insinuatio-  
nem ita fieri solere, vt producens priuilegium petat illud  
pro insinuato haberi & in decernendis processibus Ca-  
merales eidem se conformare; Copiâ in Cancellaria re-  
tentâ, & originali restituto plerumq; adijci, quod pro-  
ducens illo, in quantum de iure, vti possit, notat author  
*Comment. ad. Ord. Cam. edit. à Iuliano Magenhorst. d.*

*tit.*



tit. 28. pag. m. 273. vers. tertio fallit. Catalogum horum  
priuilegiorum vide annexum lib. 1. P. Frid. de process. & ex  
eo descriptum à Roding. 1. Pand. Cam. 20. in fin.

36. Priuilegia tamen illa locum non habere neq; at-  
tendi in causis seruitutum & competentia, diligenter no-  
tandum monet, & pro eo præjudicium adducit d. author  
*comment. apud Magenh. p. 276. vers. diligenter*, ubi quod subij-  
cit, si priuilegium in iudicio per except. non obijciatur,  
vel saltem copia collationata exhibeatur, eo non ob-  
stante, causam in Camerâ acceptari & determinari, id  
tantum in casu non factæ juxta præscriptum d. Recess. Im-  
per. Spir. an. 70. §. *Wir sehen u. confirmati in d. §. wir wollen  
auch hiemit d. Recess. Deput. ann. 600.* procedere, alioquin à  
veri tramite prorsus aberrare; & non minus exceptionem  
non appellabilis summæ, respectu priuilegij, quam Or-  
dinationis etiam post litem contest. rectè opponi statuo.  
Et hæc priuilegia nisi nominatim etiam de causis nullita-  
tis principaliter intentatæ loquantur, in ijs non attendi  
tradit Gail. 1. obs. 135. n. 8.

37. In criminalibus autem causis, in quibus pœna cor-  
pori infligenda est, *So Leibstraff auff ihnen tragen* / appel-  
lationes in Camerâ non recipiuntur, quamuis per nulli-  
tatis querelam eò rectè deferantur, *Ord. d. t. 28. §. Item  
nach dem. Recess. Imper. August. de ann. 1530. §. Item als jetzt et  
liche zeit u. Myns. 4. obs. 41. & 42. Gail. 1. obs. 1. n. 27. & 28. De-  
nais. verbs. appellationis receptio. §. 1.* Ab imposita multâ  
tamen, summæ legitimæ conueniente, dummodò illa ex  
commutatione gratiosâ in locum pœnæ corporalis non  
successerit, rectè Camera appellatur, *Myns. d. obs. 41.* Et  
quæstione nullitatis in causis Criminalibus in iudicio  
Cameræ decisâ, principalis causa ad ordinarium iudi-  
cem remittitur, *d. §. Ord. Item nach dem.* Jurisdictionem



autem Camerae hoc casu respectu duntaxat rei, non etiam accusatoris, nisi huic ex sententiâ Criminali poenâ talionis immineret, fundatam notat Myns. d. obs. 42. & facit *Constit. Carol. criminal art. 12. vers. vnd damit derselbig re.* vbi reo per sententiam absoluto, & ad recompensationem injuriæ & damni, nec non expensarum refusionem, accusatorem reconueniente, accusator condemnatus ad expensas & reliqua illa, appellans ad Cameraam non auditur.

38. Causa huius *Constit. de non recipiendâ in capitalibus appellatione* redditur *in ord. d. t. 28. §.* Item nach dem. & ex eo à Myns. d. 4. obs. 41. & de acd. 1. resp. 7. n. 12. Gail. d. obs. 1. n. 28. & 1. de P. P. 20. in fin. & P. Frid. 1. de process. 9. & 2. de mand. iud. 27. n. 32. quod appellationes in Criminalibus admitti, inueteratæ S. Imperij consuetudini repugnet; quod tamen in casu legitime conuicti & confessi rei, (vt qui regulariter etiam de consuetudine Germaniæ ad mortem tantum damnetur,) procedere, non etiam ad probationem tantum accusatoris, ob præensum defectum in probandâ defensione, condemnato reo, adeoq; illam consuetudinē à jure scripto, de quo supra, nihil discrepare, pulchrè adstruit Moller. 4. semestr. 33. vbi etiam testatur, in ditionibus Saxonis & primas & secundas leutationes, & appellationes quoque in Criminalibus non minus atq; in Ciuilibus admitti indifferenter, præsertim instituto contra reum processu ordinario, nec vllam sententiam, priusquam rei iudicatæ vires consecuta sit, executioni mandari.

39. Quia autem solæ illæ criminales causæ, quæ poenam corporis afflictiuam important, vt dictum, appellationem ad Cam. respuunt, omninò sequitur, eiusdem Camerae jurisdictionem, in reliquis omnibus criminalibus causis,



causis, so keine Leibstraffe auff ihnen tragen / fundatam esse, quales sunt illæ, quæ infamiæ, & publicationis bonorum; imò & relegationis, exilij aut deportationis pœnam important, multoq; magis pœnis his in mulctam, vel aliam consimilem pœnam, depositionis scil. ab officio, dignitate, vel administratione, ex gratia mutatis, quod rectè cum Rutg. Ruland. Denais. Myns. contra P. Frider. adstruit Nobiliss. Dn. Iohan. à Langen, Mecœnas & Fautor meus obseruand. *disp. 3. ad ordin. Cam. th. 42. & 43.* Vbi *th. 44.* etiam benè defendit, accusato propter capitale crimen, sed ob varias circumstantias non corporali, sed mitiori relegationis, vel depositionis ab officio pœnâ ab inferiori Iudice condemnato, prouocandi ad Cameram beneficium haud denegandum, maximè hodiè, cum omnia delicta & crimina puniantur extra ordinem pro iudicantis arbitrio, atq; ita sint extraordinaria, *l. ult. D. de priuat. del. l. ult. D. de furt. l. ult. D. de iniur. l. 8. D. de publ. iud.*

40. Sic etiam causas matrimoniales, tam simplicis querelæ, quam appellationis, in Cam. non admitti refert Gail. *1. obs. 112. in fin.* easque per decretum Imperatoris ex Camerâ exterminatas esse ait Roding. *1. pand. Cam. 29. n. 5.* Licet nullitatis ratione rectè eò deuolui dicat idem post Frid. *d. lib. 1. r. 31.* Quia tamen hodiè in omnibus causis & negotijs Augustanam Confess. concernentibus quantum præsertim ad Principes protestates, eorumque subditos, per constit. religionis factam R. I. August. *ann. 55. §.* damit auch obberürte beyderseits *re.* iurisdictio Ecclesiastica generaliter suspensa est, Inde q; Status Imperij protestantes de contrahendo, vel dissoluendo matrimonio deq; alijs circa vel, extra eius substantiam incidentibus quæstionib. rectè cognoscunt, consequenter grauatos in grauissimo & valdè præjudiciali hoc negotio ad Cameram appellâtes,



merito ibidem audiendos, optimè concludit Dn. Ioh. Langē d. disp. 3. th. 85. & seqq. Quomodo etiam de jure anteriori scripto, in causis matrimonialibus Iudicem secularē esse posse probat Bach. in not. ad Teutl. disp. de nupt. th. ult. 41. Simpliciter & in causis summarix vel momentaneæ possessionis appellatio locum non habet, Myns. 6. obs. 13. Gail. 1. obs. 7. n. ult. P. Frider. lib. 2. c. 26. n. 7. Idq; verum non tantum quoad effectum suspensiuum, verum etiam deuolutiuum, vid. Græv. 1. concl. 7. consid. 2. n. 5. Modo tamen grauamen irreparabile per sententiam non inferatur; tunc enim ad vtrumq; effectum appellatio ad Cam. licita est, Id. n. 8. vbi id etiam procedere tenet, licet reparari quidem grauamen possit, sed cum difficultate; Reuisionem item siue recursum ad superiorem grauato hinc competere, cum Menoch. & Aluar. Valasc. contra Bender. adstruens.

42. In possessorio plenario autem regulariter appellari posse, communis est Dd. sententia, vid. allegat. à Græv. d. consid. 2. in pr. Veritati propior mihi videtur sententia Bachov. d. disp. th. ult. lit. G. quod dispositione juris inspectâ vnicum tantum sit possessorium, idq; respectu ad petitorium habito, non incommodè momentaneum dicatur, nec in eo sententia lata vnquam perpetuum seu irreparabile in petitorio damnum inferat, (quod tamen de definitiuâ sentent. accipio, cum in interlocutorijs remaliter se habere ipsa ratio dicet, & vel vnico per interlocutionem reiectæ probationis alicuius per testes faciendæ, quæ interlocutio in petitorio testibus defunctis sine dubio irreparabile allatura grauamen esset, exemplo liquidum euadit.) & consequenter in nullo possessorio, vigore l. vn. C. si. de moment. poss. appellari permissum. Interim tamen in praxi communem opin. sequi tutius,

43. Deci-



43. Decimales itidem causæ in petitorio agitæ ad  
Cameram per appellat. introduci nequeunt *Mynf. s. obs.*  
*10. Gail. 1. obs. 38. n. 2.* dummodo jus percipiendi decimas  
non ad Laicos ex priuilegio, concessione, &c. pertinere  
dicatur; tunc enim iudici seculari competit cognitio, vt  
ex *Menoch. & alijs* notabiliter limitat *Græv. ad d. obser.*  
*Gail. 38. n. 5.* Idem in patronatus jure obtinet, *Gail. ibid.*  
*n. 6. & seqq.* vt scil. regulariter Ecclesiastici iudicis cog-  
nitionem requirat; quod tamen fallit, quando beneficia-  
tus ad excludendum assertum patronum à jure patrona-  
tus pro libertate Ecclesiæ agit, *Græv. ubi sup. consid. 1.* Ho-  
diè tamen post pacificationem religionis, *de qua sup. concl.*  
*40.* causæ Ecclesiasticæ vel spirituales, Camerae jurisdic-  
tionem, maximè ratione Principum protestantium, eo-  
rumq; subditorum, cæteris paribus meritò fundare debe-  
bant, *Dn. Iohan. à Langen, d. disp. 3. th. 45.* quod quò minus  
fieri posset, nihil obstare eleganter demonstrat *P. Frider.*  
*1. de process. 10. n. 2.*

44. Ita denique, si appelletur à Commissarijs, testes  
ad perpetuam rei memoriam, ad informationem dunta-  
xat Iudicis examinantibus tanquam suspectis, appellatio  
in Camera non attenditur, sed examen eâ non obstante  
ad finem perducendum, vt ex *Memor. Visit. ann. 68.* notat.  
*Rod. 1. pand. Cam. 29. in. ult.* Causas plures, in quibus apel-  
latio de jure ciu. & Can non admittitur, qui scire auct,  
adeat *Speculat. Marant. Tholos. Breder. Besold. in tract.*  
*de appell. & alijs;* omnia enim hoc loco sigillatim perse-  
qui, ratio instituti non patitur.

45. In qualibet autem causâ, vt appellatio locum in-  
ueniat, *grauamen* aliquod prætendi necessum est, idq; vel  
in iudicio vel extra iudicium à iudice vel magistratu il-  
latum. Sic itaq; ad Camer. appellatur à sententijs tum  
defi-



definitivis, ijsq; non modò, quibus principalis, sed & quibus incidens, vel præparatoria, vel aliàs præjudicialis principali causæ deciditur, quod exemplis illustrat autor *d. comment. edit. à Magenh. pag. m. 278. & seqq.* tum ab interlocutorijs definitivæ vim habentibus, quarum itidem aliquot exempla adfert id. aut. *pag. 281. & seq.* & Roding. *lib. 2. tit. 25. in comm.* & latissimè infinitas species accumulat Bredero. *1. de appell. 20. à col. 433. ad col. 450.* tum deniq; ab interlocutorijs, in quib. gravamen per appellat. à definitivâ in causâ principali latâ reparari nequit, vel vbi nulla definitiva expectatur. exempla vid. apud d. autor. *pag. 283.* Roding. *d. loc. p. m. 157.* & plurima ap. Greg. Tholos. *2. de app. 2. ad d. ord. 1. 28.* Idq; etiam verum, si gravamen quidem in definitivâ reparari posset; periculum tamen subesset, ne materia reparandi interim deperiret, vel magnâ cum difficultate reparatio facienda foret, vid. alleg. à Græv. *1. concl. 129. n. 5. & 6.*

46. Ab ailâ simplici interlocutione autem ad Cameram appellari nequit, *ord. d. loc.* quod & iuri civ. congruum *per text. alleg. à Græv. d. concl. 129. in princ.* quem *ibid. consid. 1.* referentem quoq; vid. quomodo Concilium Basileense & Trident. in hoc ius Canon. anti quum, à qualibet interlocutione & gravamine appellare permittens, correxerint, & ad Ius civ. reduxerint. Ab extraiudiciali tamen Iudicis, vt iudicis, gravamine rectè quoq; ad Cam. provocatur R. I. Ratisb. *de an. 94. §. wann aber von gemeisner. vers. aber nach den die & §. seq.* Myns. *4. obs. 43.* Gail. *1. obs. 120.*

47. Non habentes iustum aliquod gravamen, legitimè appellandi causam, ad Cameram appellare prohibentur, & si contrà fecerint, non tantum in litis expensas condemnantur, sed & alijs pœnis iuris adficiuntur, *ord. d.*



*ord. d. t. 28. §. darzu weil. Denais. in verb. appell. temerar. Quæ*  
quidem temerariæ frustratoriæ & malitiosæ appell. poena  
olim omninò fuit arbitraria, vt apparet ex præjudicijs ad-  
ductis à *d. comment. Magenh. par. 286.* postea in *Memor. visit.*  
*ann. 74. §. als manauch.* ita determinata, vt ad minimum  
esset 10. argenti marcarum; quæ deinde in R. Deput. Spir.  
*ann. 600. §. vnd ob wol weiter.* in 10. puri auri marcarum  
muletam mutata fuit. Pauperes non habentes in ære lu-  
unt in corpore, & carcere vel aliâ ratione pro qualitate  
temeritatis vel malitiæ plectuntur.

48. *Modum* prouocandi ad Cam. vt paucis explicem  
notandum, à definitiuâ, vel huius vim habente interlo-  
cutoriâ appellari posse vel *in continenti* præsentē & ad-  
huc pro tribunali sedente iudice, viuâ voce per ver-  
bum, appello vel prouoco, *l. 2. D. de appell.* idq; per Iudicij  
scribam vel Notarium appellans actis inferi & consigna-  
ri curabit *Denais. ver. appellat. à defin. §. 1. Blarer. ad l. diffam.*  
*c. 10. sub n. 13.* vel *ex interuallo*, & tunc semper in scriptis ap-  
pellandum, *ord. p. 2. tit. 29. §. vnd so vom etc. Mynf. 3. obs. 25.*  
*§. 1. obs. 66. Gail. 1. obs. 119. n. 1. §. obs. 130. n. 5.* Prout etiam  
ab interlocutoriâ grauamen perpetuum continente sem-  
per in scriptis appellandum, *ord. d. t. 29. wo aber von andes*  
*ren etc.* quod & de sententia competentis, quâ iudex tacitè  
vel expressè se competentem declarat vel pronunciat,  
constitutum in R. I. Ratisb. *ann. 94. §. vnd demnach den rech-*  
*ten etc.* Quod si in casibus vbi id locum habet, primùm vi-  
uâ voce, postmodùm in scriptis appelletur, in arbitrio ap-  
pellantis, vtram appellationem prosequi velit, positum  
notat *Mynf. 1. obs. 9.*

49. In scriptis autem vbi ex præscripto juris appellan-  
dum, ibi appellatio viuâ voce facta, quantumuis iudex i-  
psi deferat, non subsistit, *Græv. 1. concl. 129. consid. n. 1. n. 32.*

D

Neq;



Neque etiam sufficit appellationem in scriptis redactam coram Iudice à quo vel Notario & testibus recitari, sed omninò requiritur, libellum appellatorium actualiter tradi & exhiberi ijs coram quibus appellatio interponitur, quod n̄ fiat, elapso decennio ad appellandum concessio, sententia in rem iudicatam transit, idem ex Blar. de stylo Cam. testante, *d. lo. n. 33.* add. *Mynf. 4. obs. 45.* Hartm. Hart. *tit. de appellat. obs. 4.* Hunc tamen appellationis libellum coram iudice vel Notario legi vel recitari ab appellante, eidemue præcisè inseri verba: appello in his scriptis, necessarium non est. *Græu, d. lo. n. 34. & 35.* Diss. quoad posterius post Ang. *Mynf. d. 4. obs. 45.*

50. Statuto tamen, priuilegio vel consuetudine, v̄ ab illis sententijs, quæ alioquin ex constitutione juris appellationem in scriptis requirerent, viuâ voce rectè appelletur, quin effici possit, dubitandum non est, approbante hoc d. *Rec. l. ann. 94.* *Mynf. d. 1. obs. 66.* *Gail. d. 1. obs. 130. n. 3. & 4.* Quomodo etiam in causis solâ facti veritate inspectâ expediendis indistinctè viuâ voce appellationem rectè interponi, statuit Marcell. Cala referente *Græu. d. concl. 119. consid. 1. n. 38.*

51. Insuper illud de appellationibus à meris siue simplicibus interlocutorijs damnum irrestaurabile importantibus specialiter obseruandum, eas non modò, vt dict. præcisè in scriptis interponendas, sed & causas grauaminis scedulæ appellationis nominatim inserendas esse, idq; propterea, quod ex huiusmodi appellationibus vulgare illud non deducta deducendi, non probata probandi beneficium exterminatum, exq; ex ijsdem actis & allegatis grauaminibus justificandæ sint, *d. 1. 29. ord. f. Wo aber von andern. c. 1. de appell. in 6.* *Mynf. 3. obs. 15.* *Gail. 1. obs. 130. n. 1. & 2.* Idq; in tantum obtinet, vt non sufficiat grauamina per  
sim.



simplicem ad acta relationem in scriptis allegare, licet nonnullis causis expressis, quoad cæteras rectè fiat ad acta relatio Gail. *d. lo. Ruland. de commiss. c. 13. n. 25.* addens *n. ult.* justam, non leuem grauaminis causam requiri, vt hoc casu appellatio recipiatur; causâ item grauaminis non expressâ, elapso decendio, sententiam in rem iud. transfere.

52. Et in his interlocutor. ita copulatiuè appellationem in scriptis, & in iisdem grauaminis expressionem requiri, vt non sufficiat appellationem viuâ voce interponere, producendo simul vnico actu scedulâ causas duntaxat grauaminum continentem, sed disertè & expressim etiam in eadem scedula appellationem faciendam, ex *O-fasc. & Thesaur. monet. Grav. d. concl. 119. consid. 1. n. 56.* vbi tamen *in fin.* appellationem hoc casu in scriptis factam, dummodò de eius interpositione, licet nonnihil subobscurè scedula cantet, præsumendum, rectè arbitratur, vid. *ibid. n. 57. & 58.* ad hunc loc. declarationes vltiores.

53. Eiusdem, quantum ad causæ expressionem, appellationem à tertio pro suo interesse principaliter interpositam, conditionis esse dictum sup. Huc etiam referenda appellatio ab extrajudiciali grauamine, cuius non allegatio modò, sed & verisimilis probatio ad obtinendos processus necessaria est, ex præscripto *d. R. I. an. 94. §. darumb sezen ordnen vnd wollen wir ferner.* Ita quoq; indistinctè, casu quo aliàs iure communi appellatio esset prohibita, sed ex rationabili quadam causâ ab eodem permessa, in quavis appellatione causam exprimendam, longâ *Dd.* serie roborat *Farinac. tract. crim. q. 21. n. 121.*

54. Porrò licet de iure ciu. & Can. appellatio regulariter *coram iudice à quo* interponenda sit, modò ille aut copiam sui non faciat, aut propter justum metum prouocari



cari liberè coram eo nequeat, VVesem. *in parat. D. de ap-  
pellat. n. 9.* (quo casu, quomodo coram honestis viris ap-  
pellari possit, vid. declarantem Græv. *d. conc. 119. consid. 1. à n.  
40. ad n. 51. & ibi alleg.*) huic tamen per ordinat, *d. t. 29. §.* *It-  
tem so soll einem jeden/* derogatum videtur, & indistinctè,  
siue aditus sit ad iudicem, eiusuè copia haberi possit, siue  
minus, *coram Notario & testib.* appellari permissum; decla-  
rantibus hoc ita ICtis Saxon. *p. 3. consult. q. 5. & VVesenb.  
consil. 1. sub. n. 30.* vbi id etiam inferiores curias sequi debe-  
re tenet, quod & fieri, testis est praxis quotidiana. Dis-  
sent. videtur Roding. *1. pand. Cam. 25. n. 10. & d. §. ord.* juxta  
juris Comm. dispositionem accipere.

55. Appellatio autem coram Notario & testibus facta  
vt valeat, omninò in scriptis facienda est, in tantum, vt  
licet appellans viuâ voce Notario appellationem dicta-  
ret, non tamen hoc modo in scriptis appellatum censere-  
tur. Neq; etiam sufficit, quod Notarius in instrumento  
appellationis dicat & testetur, coram se appellationem  
in scriptis interpositam, nisi faciat relationem ad indiui-  
dum aliquod scedulæ vel libelli appellationis, verbote-  
nus instrumento desuper confecto inserti, R. I. Ratisb. *an.  
94. §. Geleicher gestalt re. conf. Myns. 4. ob. 44. H. Hartm. tit. de  
appell. 24. obseru. 4.* Et instrumenta illa non in chartâ, sed  
membranâ à Notarijs conscribenda sunt R. I. Colon. *ann.  
1512. t. de Notarijs §. Item die Notarien re.* Consuetudinem  
tamen contrariam in hoc Camera tolerat, Gail. *1. obs. 119.  
n. 3.*

56. Ad modum formamq; appellationis in primis  
quoq; pertinet, vt fiat *gradatim*, &, si inter iudicem à quo  
& Cam. intermedius quispiam iudex sit, is non prætere-  
tur, *ordin. d. t. 29. in princ.* omnia siquidem & singula impe-  
rij membra iudicijs suis ordinarijs relinquenda, præter-  
quam  
quam



quam in causis sua naturâ immediatè ad Camer. spectan-  
tibus *ordin. p. 2. r. 2.* Et hoc non tantum in appellat. sed &  
nullitatis deductione, *ord. p. 2. r. 28. §.* Item nach dem auch *re.*  
*Mynf. 4. obs. 83.* & reductionis ad arbitrium boni viri peti-  
tione procedit, *Gail. 1. obs. 1. n. 49. & obs. 149.*

57. Hæc tamen de non per saltum ad Cam. appellan-  
do regula suas patitur exceptiones; non enim attenditur,  
si iudex intermedius notoriè justitiam deneget, *d. r. 29. ord.*  
*in pr.* quæ denegatio si causâ nondum judicialiter captâ  
contingat, & documento aliquo requisitionis probetur  
Cameram per viam simplicis querelæ ex capite denegatæ  
justitiæ adiri, si verò lite contestata justitia denegetur,  
causam per prouocationem eò deuolui, colligi potest ex  
traditis à *Mynf. 3. obs. 45. & 57. & 5. obs. 82.* *Gail. 1. obs. 28. in pr.*  
vbi docent, inferiorem justitiam denegantem in ea causâ  
in quâ denegat, jurisdictionem amittere; quo præsuppo-  
sito, contra eosd. etiam post litem contestat. coram in-  
feriori, causam per modum simplicis querelæ ad superio-  
rem deferri posse nec appellatione opus esse, defendere  
cum *Treutl. d. disputat. ult. th. 9. lit. B. ibiq.* Bachov. placet;  
quamuis, contrar. in Camera seruari testentur *Gail. &*  
*Mynf. vbi sup.*

58. Sic etiam si iudex proximior causæ conjunctus vel  
affinis sit, vex ex legitimis causis iudex esse vel nequeat,  
vel nolit, ipso præterito rectè causa defertur ad Cam. hoc  
quidem in casu voluntariâ ipsius iudicis remissione cau-  
sæ, illo, partis ad Cam. prouocatione interueniente, *ord.*  
*d. r. 29. in pr.* *Mynf. 1. obs. 67. & d. 5. obs. 82. n. 3.* vbi rectè monet  
his casibus Cameram non aliter adiri, quam si iudex à  
quo, vel intermedius nullum superiorem mediatum ha-  
beat, quod perspicuè confirmat text. *ord. p. 2. r. 1. §. fin. ibi:*  
*desse higen unsergerichts negste Obrigkeit vnd Herrschafft ihu*



me rechtens zuverhelfen ansuchen re. & tit. 26. in pr. ibi: das  
negste Obergerichte re. adde Ampliff. & Consultiff. Dn.  
Henr. Andr. Cran. *Facult. Jurid. h. Acad. Seniore digniff. Prae-*  
*cept. & Fautor. meum pl. honorand. probl. Cam. disp. 1. probl. 4.*  
& ita explicandus Gail. *1. obs. 119. n. 2.* vbi aliàs nimis indi-  
stinctè loqui videtur.

59. Remissiones itidem causarum appellationum ad  
Cam. praesertim ex partibus septentrionalibus saepè fieri,  
testis est Gail. *d. d. lo.* & in specie de Episcopis Bremensi,  
Hildesienfi & Monasteriensi, quod plerumq; causas ita re-  
mittere soleant, prodit *d. comment. publ. per Magenh. pag. m.*  
*294.* vbi & remissionem hanc nonnunquam in causis *sim-*  
*plicis querela* fieri notat & praedictio Capituli Hamburg.  
confirmat. Non cogitur tamen Cam. recipere causam  
sed remissione illà non obstante, ad inferiorem causam  
iterum remittere, ipsiq; necessitatem judicandi impo-  
nere potest, ceu auctorat Bachov. *d. disp. vlt. th. 6. lit. A. B.*

60. Pari ratione quoq; consuetudine permittente,  
omisso medio Camera rectè appellatur, Mynf. *d. 1. obs. 67.*  
Quid autem si de praeterito proximo iudice nihil excipia-  
tur à parte? Non tamen acceptandam appellationem ju-  
dicatum refert comment. Magenh. *d. lo.* Et tale jus Sta-  
tus imperij Germanici habere, vt appellationes omissis  
ijs ad Cam. factæ pro nullis sint, & nec volentibus Adses-  
soribus recipi possint; in eoq; veteres Rom. Impp. diuer-  
sum jus habuisse, vt scil. sicut quasuis causas ad se auoca-  
re, ita appellationes omissis intermedijs ad se interposi-  
tas liberrimè recipere potuerint; licet causas ad interme-  
dios remittere soliti fuerint, pulchrè notat Bachov. *d. th.*  
*6. lit. A. B. Diff. Mynf. d. 1. obs. 67.* eumq; secutus Roding. *d. 1.*  
*pand. Cam. 20. n. 11.* putantes non oppositâ de intermedio  
competenti iudice exceptione, causam in Cam. acceptan-  
dam;



dam: Quod, si vel dubitetur, an intermedius aliquis iudex sit, vel aduersarium in medij iudicis præteritionem consensisse narretur, alioquin autem regulariter non admittendum arbitror.

61. Valet tamen appellatio ad superiorem intermedio omisso facta ad hoc, vt priuetur Iudex à quo vltiori in causâ procedendi potestate, P. Greg. 4. de appell. 14. idq; ex eâ ratione, quod appellans maiorem, censeatur etiam medium superiorem appellare; Quæ ratio, cum in eo, qui medium iudicem prorsus noluit agnoscere, cesset, eius etiam a appellationem in totum intetcidere, nullamque esse censet Græv. d. concl. 119. n. 5. quod tamen, vbi non manifestus appellantis dolus apparet, vix subsistere crederem.

62. *Tempus ad Cam. prouocandi*, si non à definitivâ vel interlocutoriâ eius vim habente in continenti appelletur, de quo sup. decem dierum est, intra quod vel coram Iudice à quo, vel coram Notario & testibus appellandum; Idq; interponendæ appellationis fatale præcisè, ne sententia in rem iudicatam transeat, obseruandum, in tantum quidem, vt neq; iudicis auctoritate neque ipsarum partium compromisso, vel consensu, (quamuis posterius hoc propter l. vlt. §. vlt. C. de temp. appell. de jure communi dubio non carere velit Bachov. d. disp. vlt. th. vlt. lit. D.) immutari, abbreviari vel prolongari potest, d. 1. 29. p. 2. ord. §. so sollen auch. Myns. 2. obs. 68. & 3. obs. 11. Gail. 1. obs. 139. n. 6.

63. Currit autem hoc decendum de momento in momentum, à die & horâ latæ sententiæ, vel scientiæ illius, qui in priori instantiâ per Procuratorem non fuit defensus, Myns. 2. obs. 2. Gail. 1. obs. 139. n. 7. & 8. adeò, vt solennes etiam dies in honorem Dei feriatu nihil interstitij tribuant; ac in vltimo die seu decimo si appelletur, ipsa interpo-

siti-



sitionis hora in instrumento adscribenda sit, *Græv. d. concl. 119. consid. 1. n. 62. & 63.* Nullitas autem secundum comm. & in Cam. receptam opin. principaliter ad 30. annos deduci potest, *Myns. 5. obs. 92. Gail. 1. obs. 127. n. 8.*

64. Idem interponendæ appellat. fatale currit etiam tertio pro suo interesse principaliter appellanti, nec non appellationi alterius adherenti, ita vt hic eam intra decennium ratam habere teneatur, *Gail. 7. obseru. 122. n. 4. & 5.* Pauperi itidem indistinctè, juxta Ias. in Cam. approbatam opin. *Gail. 1. obs. 142. n. 4.* licet is n. 5. id non procedere velit, si in scriptis, & adhibitis sumptibus quibus pauper non sufficeret, appellatio facienda esset, quod æquius videtur. Quid autem si viuâ voce pauper appellare potuisset, sed quia sibi fortè deliberandum putat, id intermittit, postea autem appellatio sine sumtib. interponi nequeat? Huic, si non ipso jure, saltem per restitutionem succurrendum, *Bachov. d. th. ult. lit. D. vbi rectè limitationem Trēutl. ibid. in paupere suâ culpâ reijcit.*

65. Ab extrajudiciali grauamine quoq; intra decennium appellandum *Myns. 3. obs. 11. Gail. d. 1. obs. 139. n. 2.* rectè limitans hoc n. 13. in quouis grauamine causam continuam & successiuam habente; ab eo enim, tanquam à præfenti semper appellari permissum; quod declarantem vid. *Græv. ibid. n. 5. & seqq.*

66. Eundem & supplicationi porrigendæ terminum, (putà, quantum ad effectum consequendi beneficium remorandæ executionis, fideiussione præstitâ; alioquin enim biennium supplicationi indultum, *Nov. 119. c. 5. l. vn. C. de sent. pref. Peæror. auth. quæ supplicationes. C. de precib. Imper. offer.*) præstitutum obseruauit *Myns. 6. obs. 15. Gail. d. obs. 139. n. 4.* vbi Cameram in reuisionibus diuersum seruare notat. Intra hoc legitimum tempus autem appellationem

inter



interpositam non præsumi, sed appellanti probandum, docent relati à Græv. *d. concl. 119. consid. 1. n. 61. & 65. vbi & n. 68.* ex Lancell. notat, statuto, vt elapso decennio rectè appelletur, introduci posse.

67. *Apostolorum petitioni* quoque à jure præstitum 30 dierum tempus, à momento prolatae sententiæ, non interpositæ appellationis, inchoari, & in momento desinere, crebrius receptum testatur Myns. *4. obs. 36.* ita tamen, vt neque hoc ignorantibus currat Bachov. post Cyn. *d. th. ult. lit. E. F. G.* vbi benè explicat, quando tempus hoc Iudici, qui sub pœnâ apostolos dare tenetur, currere incipiat. Ex *ord. p. 2. t. 30. §. 1. ibi. sol. einem jeden Appellanten,* apostolorum petitio appellantis arbitrio relinquatur: eorumq; vicem hodiè actorum editio spectet, Noah. Meur. *process. p. 3 n. 80.* Species apostolorum recenset Roding. *Pand. Camer. 21. in comment.*

68. Appellatio hoc modo ritè rectèq; interposita, *duplicem* potissimum operatur effectum, suspensivum & devolutivum; *Suspenditur* enim per appellationem sententia iudicis à quo, *l. precipimus 32. §. 3. C. de appell. c. cum inter. 13. de sent. & re iud. l. 5. C. quor. appellat. non reo. l. si caus. 32. C. de transact. l. ult. C. sentent. rescin. non poss.* Et hic ptopriè interpositæ tantum appellat. effectus est, durans tamdiu, donec appellatio ad superiorem legitimè introducatur; potest enim interim appellatione desertâ, sententia in rem iudic. transire. *Extinguit* autem dicitur per appellat. sententia *in l. 1. §. ult. D. ad SCm. Turpill. & facit arg. ex l. 2. §. ult. D. de pœn. & l. 6. §. 1. D. de his qui not. infam.* idq; factâ causæ ad superius tribunal introductione accipiendum; tunc enim siue sententia prior confirmetur siue reformetur, ex illâ quasi extinctâ, neq; agi neq; executio peti potest, vt rectè docet Francisc. de Caldas, relatus ab Hillig.

E

170



*in Donell. enucl. ult. comment. 4. ad lit. A. reprobans com-  
mun. Dd. opin. relatam à Gail. 1. obs. 144. n. 2. quod per ap-  
pell. sententia vel iudicatum extinguatur quoad præsen-  
tem statum causæ, quòd exequi sententiam non liceat  
iudici à quo; suspendatur autem respectu euentus & tem-  
poris futuri, quòd possit sententia prior confirmari à su-  
periore, & ita suum sortiri effectum; quæ distinct. si vera  
esset, utiq; prior sentent. confirmata effectum haberet,  
viresq; suas retrò porrigeret, contra expressam disposit.  
d. l. 6. §. 1. D. de his qui not. infra.*

69. Hic tamen suspensius effectus vires suas non ex-  
erit, nec contra Iudicem in Cam. attentatorum nomine  
agi potest, appellatione, quæ coram Notario & testibus  
interposita est, eidem non insinuatâ, quamuis insinuatio  
hæc alioquin liberæ appellantis facultati commissa sit,  
*d. t. 29. p. 2. ord. §. Item sol einem jeden. vid. Myns. 2. obser. 12.  
& 85. & 4. obs. 44. circa fin. H. Hartm. d. t. 19. de appell. obs. 1. &  
g. Denais. ver. appellatio coram Not. §. 2. Ideoq; hæc insinua-  
tio vel intimatio appellationis, licet non sit necessaria,  
quantum ad deuolutiuum effectum, requiritur tamen  
quantum ad suspensiuum; nihil enim imputandum iudi-  
ci aut partibus innouantibus pendente appellatione, si il-  
la intimata non sit, ex Lancell. Roding. d. 1. pand. Cam. 22.  
in fin. comment.*

70. Effectus appellationis *deuolutiuus* in ipsâ causæ  
ad Cam. deuolutione consistit; quæ non tantum in prin-  
cipali appellationis, sed etiam ipsius nullitatis causâ,  
contingit, Myns. 5. obs. 91. n. 7. Gail. 1. obs. 127. n. 2. rectè id li-  
mitans n. 3. & 4. vt non procedat, si à primo iudice in ipsâ  
sententiâ error expressus esset, hæc enim sent. tanquam  
per se nulla, sine eodem nullitatis vitio confirmari non  
posset,



posset, neq; in appellatione ab interlocutoriâ; hæc enim duntaxat grauamen in appellat. expressum deuoluit.

71. Sic & vice versâ nullitatis causa principaliter intentata, ipsum principale negotium, vt iudex super causæ meritis cognoscere & sentent, priorem confirmare vel reformare possit, ex nouis etiam probationibus, ex comm. Dd. sent. deuoluit, Gail. *d. i. obs. 127. n. 1.* ibique Græv. *n. 1. 2. & 3.* nisi tamen nullitas ratione inepti libelli interuenerit; hæc enim meritorum cognitionem non deuoluit, ne eadem nullitas, quæ fuit in primâ, influat in instant, secundam, Deducens in super nullitatem, vt apud iudicem appellationis de pronunciando super ipsius causæ meritis instet, hoc casu necesse est, ijdem Gail. & Græv.

72. Verum, vt nullitas ipsam causam principalem deuoluere possit, necessarium erit, ante omnia, realem aliquam nullitatem subesse, quâ sententia nulla pronunciari & reformari possit; Si enim nulla reuera subsit nullitas, iniqua sententia in vigore suo permanebit, & fallax ac inanis erit cautela illa Aduocatorum à Gail. *d. obs. 127. n. 8.* proposita, quâ exclusis ab appellat. per lapsum fatalium, aut exiguitatem summæ, (quod posterius tamen falsum esse demonstraui *sup. concl. 29.*) pro citatione ex capite nullitatis principaliter intentandæ supplicare, & postea in progressu causæ, iniquitatem proponere suadetur; Imò cautus ille Aduocatus se & clientem suum inanibus sumptibus & laboribus vexabit, iniquam sibi & iudici molestiam creabit, & propterea temerè litigantium pœnas justè dabit.

73. Deuoluta hoc modo per appellationis interpositionem ad Cam. causâ, vt de eius *introductione* paucis agatur, reliquū est; in quâ *tempus, modus & effectus* in ipsis processibus considerata monebatur *sup. Tempus introdu-*



tionem, præfixum, fatale interducendæ rectius & vſitatius quam proſequendæ appellat. noſtratibus dici teſtis eſt Roding. *1. pand. Cam. 26. in fin.* Et in Cam. neceſſario certum aliquod tempus, intra quod ſub deſertitionis poenâ appellatio introduceretur, apoſtolorum petitione liberæ appellantis facultati comiſſâ, conſtituendum fuit; Olim enim arbitrio iudicis, qui ad neceſſariam appellantis petitionem apoſtolos dabat, vt is ſimul definiret ſpacium, intra quod iudici ſuperiori apoſtoli præſentarentur, & ita cauſa introduceretur, leges relinquere voluerunt, *gl. in l. 5. C. de appell.* (vbi tempus præſcriptum non à lege, ſed à iudice interpretandum) vid. Bachov. *d. th. ult. lit. H. I.*

74. Proſequendæ autem fatale hoc, non vt interponendæ, vniſorme, ſed *vel legis vel hominis* eſt, R. I. Spir. *ann. 70. §. Ob auch wol bey Cammerrichter.* Hoc inferior iudex pro arbitrio, conditionis & diſtantiæ loci à quo appellatur ad Cam. ratione habitâ, vnum, duos, tres, vel ſex ad ſummum meſes præfigendo, conſtituit, *ord. p. 2. t. 30. in princ. Mynſ. 3. obſ. 15. & 22. & d. 6. obſ. 12. Gail. 1. obſ. 140. n. 3.* Illud ordinationis legibus præſtitutum eſt; vt à delegatis ordinatione iudicibus in ſimplicium ſpoliorum cauſis trium, *ord. p. 2. t. 8. §.* Wo aber der beclagter Churfürſt. in reliquis cauſis omnibus, nullo ab inferiori iudice termino præſtituto, ſex meſium, quorum ſinguli 30. diebus conſtant, *ord. p. 2. d. t. 30. §. würde aber. cum §. ſeqq. Mynſ. Gail. d. lo.*

75. Intra quod fatale non tantum per ſupplicationem pro obtinendis proceſſibus appellatio interpoſita Camera inſinuanda, & ita introducenda, ſed & proceſſus illi expediendi, legitimèque executi judicialiter reproduci ſunt; hæc enim omnia introductionis appellatione in hoc fatali veniunt, licet aliàs introductio ſtrictè pro  
ſolâ



solâ in sinuatione appellationis accipi posse videatur; Id-  
que tam in appellatione coram iudice, quam coram No-  
tario & testibus interpositâ locum habet, siue appellans  
petitos reuerentiales apostolos, siue refutatorios siue  
nullos acceperit, *ord. d. t. 30. in princ.* Myns. & Gail. *ubi sup.*  
Denais. *ver. appell. introd. §. 1. & 5.*

76. Currere autem incipit hoc fatale à die appellatio-  
nis interpositæ, & non minus quam interponendæ con-  
tinuum est, *d. princ. t. 30. ord. verb. von zeit an der interponir-*  
*ten.* Vndè licet stricto ordinat. jure, is terminus in fe-  
rijs desinat aut expiret, ita vt reproductio ante finem  
termini propter incidentes ferias fieri nequeat, feriæ de-  
sertionem causent; contrarium tamen, tanquã benignus,  
casu feriarum breuium, aut termini sub finem longarum  
incidentis in Cam. præualuisse, notat Gail. *d. obs. 140. n. 4.*  
*5. & 6.* Et indistinctè impedimentum feriarum reprodu-  
ctioni processum non obstare sed eam ferijs finitis fieri  
posse, constitutum in R. I. Spir. *ann. 70. d. §. ob wol auch bey*  
*dem 2c.* Pauperi tamen hoc fatale non currit, Gail. *1. obser.*  
*142. Myns. 4. obs. 97.*

77. *Hominis* fatale prorogari potest non tantum à ju-  
dice à quo, modò prorogatio ista fatale legis non exce-  
dat, sed & à Iudice ad quem: *Legis* autem à Iudice à quo  
minui duntaxat, à Iudice ad quem prorogari etiam ex iu-  
stis impedimentis, puta ob locorum distantiam, iter non  
satis tutum, aquarum inundationem, bellum, casum i-  
tem fortuitum nuncio processus exequenti contingen-  
tem, & similia possunt, *d. t. 30. §. würde aber vers. vnd im fall.*  
Et si legis fatale prorogari quis petat, id sine iusti impedi-  
menti probatione non obtinebit, secus atq; in breuiori à  
Iudice præfinito, R. I. Ratisb. *ann. 94. Als sich auch der ap-*  
*pellation.* Denais. *d. ver. appell. introd. §. 8.* Gail. Myns. *passim*  
*dd. loc.*



78. Prorogatio hæc *fatali nondum lapsa* petenda est; frustra enim id quod non est, prorogari poteretur, Gail. *d. obs. 140. sub n. 7.* Cui licet contradicere videatur *d. 5.* Als sich auch der *appell. R. I. ann. 94. ibi.* Daß wenn der appellante zu anbringung seiner appellation die gebürliche sechsmonatliche fatalia verfließen lassen/(notetur) prorogatio derselben/ohne bescheinung ehehaffter ver hinderung mit vnd neben den processen nicht erkändt werden sollen. attamen, quod ibi de *lapis fatalibus* dicitur ratione euentus futuri, quando nimir. apparet, appellantem se ita arctasse, vt processus ante lapsum fatalium reproduci nequeant, accipiendum satis euidentis est.

79. Quamuis itidem per Visitatores Cam. *in Memor. ann. 56. 5.* Als sich dann zum zweitten/constitutum, vt prorogato ex aliqua iusta causa fatali hoc, prorogatio processibus inferatur; *causas* tamen prorogationis iisdem non inferendas decisum in *d. R. I. ann. 94. 5.* Als sich auch der *re.* Et sub hac limitat. accipiendum id quod tradunt author comment. ed. à Magenh. *ad ord. Cam. d. 1. 30. super ver. von zeit an der interponirten/ & Tilm. de Benig. obs. pract. 53.* in tantum necessum esse, vt citato appellato terminus comparandi intra fatale sex mensium præfigatur, vt si iste terminus post lapsum eorum demum incidat, appellatus ad comparandum non arctetur; vt scil. id non obtineat, prorogatione processibus insertâ.

80. Fatalis hic appellationis introducendæ, terminus compromisso quoque, nec non expresso partium consensu prorogari potest, Gail. *d. obs. 140. larg. Nou. 93. c. 1. auth. si tamen. C. de tempor. appell. Clem. quamdiu. de appell.* qui text. licet de proseguendæ appellat. tempore loquantur, quò minus tamen etiam hîc locum habeant, constans ratio reddi nequit, add. Bachov. *d. th. ult. disp. ult. lit. H. I. ad verba:*



*ba: expresso consensu.* Quòd si compromissum non sit acceptatum, aut expressè prorogatio facta, sed partes in tractatu tantum concordia versentur, tutiorem viam eligere consulit Gail. *d. obs. 140. n. 9. & seqq.* vt interim pendente isto concordia tractatu appellatio legitimo tempore introducatur; quod ad desertionem impediendam omninò etiam necessarium esse non ambigo.

81. Prorogatione non interueniente, si intra prædictum fatale causa ad Cam. non introducatur, quin desertà fiat, dubitandum non est; Contra quam desertionem tamen, siue fatalium lapsum, appellans quandoque, legitimâ causâ id suadente, in integrum restituitur; vt si fatalia per culpam nunciij ante executionem effluerint; tunc enim restitutio fit *vel* illicò ex officio, si citatus in termino compareat, *vel* præuiâ ad eam rem petitâ citatione, si is emanat; item si casu non culpâ executio, sub exitum fatalium facta, prorogatioq; petita, ac processus postea intra eam reproducti fuerint, citatus tamen non compareat, vt post Denais. *ex Consult. Cam. notat Roding. 1. pand. Cam. 30. n. 10. & 11.*

82. Quæ restitutio vbi locum non habet, appellato, si volet, super desertione procedere licet; verùm sententia in Cam. neque confirmatur, neque etiam, expensarum fortè causâ reformatur, (nisi appellatus pro suâ parte appellationem legitimè prosecutus fuerit, quod ipsi, cum appellatio beneficium sit parti vtrique commune, Myns. *2. obs. 59. vid. R. I. Ratisb. ann. 94. §. Wann auch wol bisweisen. iuncto §. Wann auch befunden. de jure peccmissum est, ) & executio remittitur, ad inferiorem si is potestatem exequendi habeat, sin minus, à Cam. imploratâ executioni mandatur; aduersus quæ nec partium ignorantia, nec locorum consuetudini quicquam indulgetur, *d. r. 30. ord. §. pen. & vlt. Denais. ver. appell. desertio. §. 1. 2. 3.* In*



83. In tantum autem appellatione desertâ Camerae in principali causâ procedendi facultas denegatur, vt nec illa expresso partium consensu ipsi tribui possit, sed, ob defectum iurisdictionis, quæ prioris instantiæ sententiâ, per appellationis desertionem, rei iudicatæ viribus munitâ, ipso iure ad iudicem à quo reuoluta est, nulliter omninò Cam. procedat, vid. Gail 1. obs. 173. vbi huius reg. aliquot exceptiones adfert Myns. 2. obs. 59. & 3. obs. 22.

84. *Modus introducenda* ad Cam. appellat. ex superioribus satis conspicuus est, quod scil. is, secus atque de interponendæ modo dicebatur suprâ, semper vniformis in quauis appellatione seruandus sit, initio quidem in porrigenda pro obtinendis processibus supplicatione, cum adjuncto appellationis factæ documento, effectu autem attento, in ipsorummet processuum intra legitima tempora expeditione, executione, & reproductione faciendâ consistens.

85. Quantum denique ad *ipsos Processus*, decernuntur pro causarum qualitate ad postulata appellantis, Citatio, Inhibitio, & Compulsoriales, in quibus decernendis consideranda à iudice, appellationis tum *formalia*, an sci. debito tempore & modo appellatum sit, an causa appellationis intra terminum legis vel hominis per processuum reproductionē legitimè introduci possit; tum *materialia*, an summa ordinationi vel priuilegio sit conformis, item causa an pœnam capitale concernat, &c. de quibus hactenus. Quorum si quid dubium, *citatio & compulsoriales* partis periculo decernendæ; Si verò manifestus Iurisdictionis Cameral. defectus appareat, processus petiti simpliciter denegandi; ipsa verò causæ principalis merita, propriè ad materiam appellationis pertinentia, vtrum scil. appellatio sit friuola, nec ne, in eius receptione non



ne non examinanda, sed ferendæ sententiæ calculo committenda sunt, Gail. *d. 1. obs. 119.*

86. Quod postremum, vt in appellationibus à definitiuis, & harum vim habentibus interlocutorijs, extra controuersia aleam positum est, ita fallit in ijs appellat. in quibus vnà cum ipsa interpositione grauamina simul exprimenda, de quibus supra; Harum enim *nonnulla* in ipsius causæ meritis cognitionem iustitiæ, seu quod grauamina iusta sint, vt appellationes à tertio principaliter pro suo interesse, nec non à meris interlocutorijs; *nonnulla* præter illam cognitionem etiam ipsius facti vel grauaminum verisimilem probationem exigunt, vt ab extrajudicialibus grauaminibus interpositæ; *conf. concl. 51. & 53.*

Qualiter etiam in nullitate principaliter intentanda, non tantum specialis causarum & grauaminum enumeratio in supplicatione facienda, sed & illa, an releuantia sint & nullitatem inducant, à iudice exactè ponderanda videntur, cum iniquitas post lapsum fatalium ad obtinendam citat. nihil profit. *vid. concl. 72.*

87. *Inhibitio* quoq; vnà cum citat. peti & decerni solet, cum à sententiâ definit. vel vim definit. habente appellatum est; quod fallit, si verisimiliter dubitetur de formalibus & substantialibus appellationis, nec ex narratis supplicationis, aut instrumento appellat. satis intelligi possit, an causa ad Cam. deuoluta sit. Idem & nullitate principaliter intentatâ obtinet, vt inhibitio denegetur, nisi tamen in illâ vel appellationis solemnia seruata, vel notoria nullitas sit, *vid. Gail. 1. obs. 144. n. 6. Mynf. 4. obs. 64.*

88. Sic nec in extrajudicialibus appell. inhibetur, Gail. *1. obs. 120. n. 5. & d. obs. 144.* nisi tamen in causæ progressu grauamina vera esse appareat, & inhibitio petita respiciat tantum futura non etiam quæ ante appellat. gesta facta-

F

que



que sunt, conuellerentur; uolunt enim Dd. in appella-  
tione extrajudiciali omnia manere in eo statu, in quo e-  
rant tempore appellationis, Panorm. & Innoc. *in c. dilecti*.  
*de maior. & obed.* Unde in magno versantur errore hi, qui  
in appellationibus à grauamine extrajudiciali factis sem-  
per inhibitionem denegandam putant, contra mentem  
Gail. *dd. loc.*

89. Interlocutoria reliqua etiam appellabilis qui-  
dem, sed quae vim definit. non habent, inhibitionem re-  
gulariter respuunt, cum in illis ipsa causarum deuolutio  
à meritis grauaminum dependeat, Gail. *d. obseru. 144. n. 4.*  
*Mynf. 3. obs. 87.* Bender. *de reuis. concl. 13. n. 8.* rectè id limitan-  
tes, ut non obtineat, causâ super grauaminum ueritate i-  
psaq; deuolutione cognita. Et aliàs quoque in puncto  
competentiae non est inhibendum, donec pro iurisd. pro-  
nunciatum fuerit, Gail. *d. lo.*

90. Retinendae possess. itidem causae inhibitionem  
non admittunt, *arg. p. 2. ord. t. 21. vers. doch sol solches.* Gail.  
*d. obs. 144. n. ult. & obs. 145. n. 14.* haberet enim in illis inhibi-  
tio eam vim, atq; si pro appellante definitiuè pronuncia-  
retur.

91. Idem & in interdictis adipiscendae & recuperan-  
dae possess. dixerim, quando pro possidente iudicatum  
est; iniquum quippe fuerit ei inhibere, quo minus posses-  
sione sua utatur: & appellatione introducâ sicuti pos-  
fessio rei, de qua litigatur, appellato non dari, ita nec adi-  
mi debet, Grav. *1. concl. 145.* Unde si pro petitore iudice-  
tur, causa nullae esse potest, cur inhibitiō denegari debeat.

92. Et licet non pauci existiment, in possessorijs ge-  
neraliter Cameram nō inhibere; id tamen, si uisus actis ju-  
stam inhibendi causam esse appareat, neuiquam proce-  
dit, conf. Couarr. *2. pract. quest. 23.* Imò & in momentaneis  
posses-



possessorijs quando appellari permittitur, causâ cognitâ etiam rectè inhibetur.

93. Nec deniq; in casu tertij pro suo interesse appellantis inbitio locum inuenit, per vulgatum illud, quod res inter alios acta, alijs nocere non debeat, Gail. *d. obser. 144. n. pen.* Hic jam de *arrentatis* agendi spatiosus quidem se campus pandit, sed quem nec ingredi, nedum percurrere institutum patitur; videatur de ijs inter alios luculentus Rob. Lancelot. tractatus.

94. Citatio porrò cui decernitur, ei nec *compulsoriales* ad iudicem à quo de edendis sub certâ pœna actis, dene-gandæ: quæ actorum editio quomodo fieri debeat, de-que alijs ad eam rem pertinentibus vid. *ord. p. 2. r. 31. per tot. Denais. verb. actorum editio. Roding. 1. pand. Cam. 24.* Imò & aliquando contra partem aduersam ad edendum jura no-uiter deducta, compulsoriales in Cam. peti praxis docet, quod, præterquam in documentis communibus, durum admittere, & soli Fisco concedendum videtur. Enim-verò contra tertium causâ cognitâ rectè derernuntur, veluti, cum in specie designantur ea quæ edenda sunt, & interesse deducitur. Imò & nonnullis in casibus causæ cognitio non est necessaria, vt, si quis propria sua aut communia documenta edi sibi postulet, veluti rationes, missiuas, inuestituras, &c. His enim casibus mandata com-pulsoria ad simplicia narrata decerni solent, Gail. *1. obs. 134. n. 11.* Notarij quoq; corâ quibus partes contraxerunt, prothocollum edere coguntur; Et statuta deniq;, & con-suetudines per magistratus partibus petentibus edenda sunt, Gail. *1. obs. obs. 106.* Verùm hæc omnia, actis exceptis, per mandata cum clausula.

95. Tempus deniq;, vel *fatale finienda. siue terminanda ap-pellationis*, de jure com. quidē non minus atq; interponen-



de & introducenda expresse definitum est, annus scilicet & ex legitima causa biennium, *auth. ei qui, C. l. ult. §. illud, C. de temp. app. Clem. sicut, de app.* ex quibus textibus rectè colligitur, lapso anno, non expectato etiam biennio, sententiam executioni mandandam esse, nisi iustum impedimentum, propter quod alter addendus sit annus, demonstretur, vid. Fachin. 1. *controuer. 79.*

96. Prorogari tamen hoc fatale posse vel per compromissum, ex *Nov. 93. c. 1. auth. si tamen C. de temp. app. vel expresse partium consensu, ex Clem. quamdiu, de appellat. l. ult. §. ult. C. de temp. app.* apparet, vid. Gail. 1. *obs. 141.*

97. Iudici autem ad quem licet biennium prorogandi facultas ab Imp. in *d. l. ult. §. illud, circa fin. C. de temp. appellat.* adempta videatur; attamen illam dispositionem ad certum ibidem expressum impedimenti genus, tarditatem scilicet iudicis restringendam, & extra illam, ex alijs iustis impedimentis, iudici prorogandi potestatem attribuendam, æquitati omninò consonum arbitror, add. Treutl. *d. disp. ult. th. ult. lit. K. ibi. & alias quoq. &c.*

98. Currunt autem finiendæ fatalia hæc à die non introductæ sed interpositæ appellationis, secundum comm. Dd. opin. de quâ, Gail. *d. obs. 141. n. 2, per l. 2. in princ. l. 3. post princ. C. de temp. appell.*

99. Verùm hoc fatale non tantum in Cam. sed & in plarisque inferioribus Iudicijs ob causarum multitudinem non attendi nec observari, testantur Myns. 6. *obs. 12. n. 7. & 8. & Gail. d. obs. 141. n. 8.* consilium Procuratoribus inferiorum tribunalium, sapius de sua diligentia de que non lapsis neq; labendis fatalibus protestandi, ad illum effectum, ne causa per fatalium lapsum deserta fiat, sed eo non impediante in Cam. recipiatur, communicans.

100. De ipso appellationis instantiæ in Cam. servando



do processu, qui plurima cum primæ instant. processu  
communia habet, hîc nihil subijcio, sed benignum lecto-  
rem ad ord. p. 3. à tit. 12. vsq. ad 33. inclusivè, Schvvanm. lib. 1.  
de process. c. 40. cum seqq. & lib. 2. c. 5. 13. & 14. & Roding. lib.  
3. pand. Cam. tit. 28. cum 8. seqq. remitto. Et hæc de quotidi-  
anâ isthac materiâ in præsentiarum sufficiant; exactius e-  
nim & plenius illius examen instituere temporis angustia  
hac vice non permittit.

## COROLLARIA

I.

Reuisione in Cam. impetratâ, victum nihilominus, eâ  
non obstante, iudicato parere teneri, licet magno conamine  
defendere nitatur Bender. tract. de reuif. executionem  
tamen suspendendam, inspecto textu ordin. Camer.  
part. 3. tit. 51. & 53. princ. S. Darauff. in fin. & S. Im  
fall aber, nec non R. Dep. Spir. anni 600, S. Auf  
auch streit vorgefallen. non dubito.

II.

Ad torturam, rem maximi præiudicij, sine legiti-  
mis indicijs præcedentibus nequiquam conuolandum, P.  
S. D. art. 20. In horum autem numerum, non solam cum  
occiso inimicitiam, contra Specul. Brun. Angel. neq. so-  
las præcedentes minas, contra Marfil. Gomez. neq. so-  
lum ex occisi cadauere profluentem cruorem, contra  
Blanc. Boer. neq. solum socij criminis testimonium, con-  
tra Panorm. Bald. multò minus sagarum per aquam fri-  
gidam explorationem, vsu adhuc alicubi receptam, sed quæ  
ab eximij nominis Ictis iam dudum exterminata est, re-  
ponenda, sed nullum eorum per se & simpliciter sufficiens

F 3

ad



*ad torturam indicium præbere firmiter statuo, vid. P. S.  
D. art. 25. 26. 27.*

III.

*Tria diuersis temporibus furta committentem, vltimo suspendij supplicio adficiendum iubet Const. crim. Carol. V. art. 126. quem numerum etiam tunc, vbi vnum vel duo furta extra terminos Imperij commissa sunt, nec non, vbi pro vno vel duobus alibi iam fustigationis vel aliam pœnam fur sustinuit, tertio superueniente compleri, ad hoc, vt suspendij, pœna locum inueniat, cum Couarr. & Clar. verius puto.*

IV.

*Ad quamlibet præscript. quod bonam fidem Ius Canon. requirat, extra controuersie aleam positum est, quod quidem in tantum verum arbitror, vt, si quis ab initio bonam fidem habeat, sed ante completam tamen præscriptionem dubitare incipiat, præscribere ritè & legitimè haud queat, contra Panorm. Felin. Imol. Treutl. Ritè autem vsucapione completâ, postmodum rei alienæ superueniens scientia, ne quidem de Iure Can. & in conscientie foro, recti, iustiq; dictamine seruato, dominum ad restitutionem rei vsucaptæ adigere potis est, vt rectè tenent Canonist. comm. cont. Alciat.*

V.


*Formam feudi non in solâ fide, sed in fide innexa vsufructui constituto in re idonea consistere; Neg. vt fides, ita & seruitia, à feudo diuersa, feudi substantiam ingredi, licet*



licet id Obert. de Ort. velle videatur in sua feudi de-  
scriptioae. 2. F. 23. in fin. proposita, rectè sentit Dn. Ioan.  
à Langen.

VI.

Feudum pro se & heredibus concessum, à feudo sim-  
pliciter concesso nihil differre, neq; hereditariâ aliquâ qua-  
litate affici, contra Dd. comm. rectè defendunt Ro-  
sent. & Hartm. Pist. Datum autem Vasallo & eius de-  
scendentibus masculis & foeminis, vel filijs & filiabus, in  
defectum saltem masculorum foeminas ad successionem ad-  
mittit, eaq; per masculi successionem semel exclusæ semper  
exclusæ manent, vt rectè Gail. Schrad. tenent. diff.  
VVesemb. Sonsb. Mynf. Vult. & Heig. Quod autem  
quis pro se & heredibus quibuscunq; accepit, absolutè siue  
merè hereditarium esse intuitu successorum, non etiam  
modi siue qualitatis succedendi, verius arbitror,  
cont. Gail. Rosenth.

















ULB Halle

3

005 888 999



V017









3674

DISPUTATIO INAUGURALIS 1621, 11

De

FVNDANDA IVRIS-  
DICTIONE CAMERALI

& extrahendis Processib. in prouoca-  
tionis instantia,

QVAM,

TRINVNO BENIGNE FAVENTE NVMI-  
ne ex Decreto & autoritate Magnifici & Amplissimi  
ICTorum Collegij in celeberrima Acad.

IVLIA

SUB PRAESIDIO

Dn. IOANNIS STVCKII, IC. eiusd.  
Acad. Iuliae Prorektoris Magnifici, Facultatis ju-  
ridicae Ordinarij & p. t. Decani & Promotoris, nec non  
Potentiss. Brunf. Ducis Consiliarij, eiusdemq; summi Di-  
casterij Guelfici Adsefforis dignissimi &c. Prae-  
ceptoris & Fautoris sui colendi,

*Pro summo in utroq; iure DOCTORATVS gradu, hono-  
ribus & priuilegijs solenniter obtinendis,*

Ad diem 26. Maij,

In nouo Iuléo maiori, horis ante & pomeridianis, publi-  
cae censurae & ventilationi committit

ALBERTVS MODEMAN

Osnabruccens. Westph.

HELMAESTADI,

Typis haeredum IACOBI LUCI,

Anno clō lō cXXI,

9.

20

20

6



o, qu  
orum  
us me  
t.  
æ ma  
m cup  
mper  
in ec  
factu  
imè,  
mq; h  
conf  
enti  
aus  
cula

